b 1471971x

BENEDICTI PINELLI,

SELECTÆ IVRIS INTERPRETATIONES, &c.

1a
15129

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA
SALAMANCA

BENEDICTI
PINELLI,
LVSITANI,

V. I. D. ET ORDINARII IVRISCONSVLTI,
& ſimul extraordinarii Feudorum Interpretis
in almo Gymnaſio Piſano,

SELECTÆ IVRIS
INTERPRETATIONES, CONCILIATIONES
& variæ Reſolutiones.

Cum triplici Indice, primo Argumenterum, ſecundo Textuum qui paſſim explicantur, tertio denique Rerum notabilium.

LVGDVNI,
Sumptibus PETRI CHEVALIER, in viâ Mercatoriâ.

M. DC. LXX.

Cum Approbatione & Permiſſu Superiorum.

ILLVSTRISSIMO

ET REVERENDISS. D. D.

PETRO VELASCO,

SVÆ CATHOLICÆ MAIESTATIS CONSILIARIO, ET IN SVPREMO ITALIÆ REGENTI.

MIHI jamdudum erat in votis, VIR CLARISSIME, omnibus palam facere, & quot tibi deuinciar nominibus, & quanta ſit apud me præclara tuæ virtutis exiſtimatio. Neque vero grati in te animi ſpecimen aliquod editurus, quidquam exhibeo, quod non poſſis tibi merito vindicare: Tibi enim hæ debentur Iuris Conciliationes, *qui litigantium controuerſias tanta æquitate componis & prudentia, vt ſeruato cuique jure ſuo; pars vtraque, quod rarò fit, vincat, cum neutra vincatur. Non poterat etiam quid optabilius occurrere quod offerrem, quàm quod tibi optatiſſimum; nec quid gratius quàm quod tibi gratiſſimum. Is enim tuus eſt in virorum doctrinâ illuſtrium elucubrationes amor, qui reliqua*

SELECTARVM IVRIS INTERPRETATIONVM, CONCILIATIONVM ac variarum Reſolutionum

LIBER PRIMVS.

CAPVT I.

Ad Marcianum I. C *in l. filiusfam. 114 § vt quis hæredem, verſ. quid ergo, ff. de legatis 1.*

SVMMARIVM.

Latè agitur de intellectu, & materia l. filiusfam. 114. §. vt quis hæredem, ff. de legatis 1, à num. 1. per totum.

1 *Verba*, ſecundum vulgatem formam juris, *debent ſubnecti* in fine noſtri. §. vt quis hæredem.

2 *De intellectu noſtri* §. vt quis, *latè agit. ſed longe à ver. Eman. à Coſta Luſitanus I. C.*

3 *Fideicommiſſum, quo quis rogatur, aliquem ſibi hæredem facere, olim inutile.*

4 *Agitur de ratione inutilitatis.*

5 *Nouè rejecta ſententia eorum, qui putant præd. fideicommiſſum improbari ex ſententia eius Senatus, qui captatorias ſcripturas irritas ſtatuit.*

6 *Captatoriæ omninò debet concipi ſub vera conditione*

7 *Captatoria omnis ſcriptura ſemper fuit inutilis; nec conſtat aliquo jure conualuiſſe.*

8 *Captatoriæ vitium in quo conſiſtat.*

9 *Ratio ob quam Senatus interpretatus eſt fideicommiſſum*, vt honoratus ſibi hæredem faciat, *ad effectum, vt ſuſtineatur.*

10 *Quid induxerit Senatus ad validitatem præd. fideicommiſſi.*

11 *Senatus, de quo ſupra, proceſſit interpretando voluntatem teſtantium.*

Faciendi ſibi hæredem fideicommiſſum vt ipſa complectebatur vniuerſa bona, tam teſtatoris, quam hæredis rogati, ibidem.

BENEDICTI PINELLI LVSITANI. I. V. D. &c.

SELECTARVM IVRIS INTERPRETATIONVM, CONCILIATIONVM ac variarum Reſolutionum,

LIBER SECVNDVS.

ARGVMENTVM.

ARDVAM, ac ſalebroſam materiam aggredior de partubus, fœtibus, fructibus rerum furtiuarum. In qua, tametſi Cujacius in l. 4. §. hæres, ff. de vſucap. *dicat, ſolos cupidos gloriæ, ac contentionis, immorari: ego contra ſentio, & veritatum ciuilium indagatores in ea non modicum operæ, ac induſtriæ expendere debere, propter variam vtilitatẽ, quæ inde percipitur, vt ex dicendis apparebit.*